

oniam sunt ad perturbandam veritatem per-  
graves. Incredibilis enim vis eloquentiæ, et  
tandi discrendique subtilitas, quemvis facile  
t: quos partim nostris armis, partim vero  
um inter se concērtatione sumptis revince-  
appareat, eos induxisse potius errorem,  
stulisse.

se mireris, quod tantum facinus audeam.  
rne igitur extingui, aut opprimi veritatem?  
o libentius vel sub hoc onere defecerim. Nam  
s Tullius, eloquentiæ ipsius unicum exem-  
indoctis et ineloquentibus, qui tamen pro  
ebantur, sæpe superatus est, cur desperemus  
n ipsam contra fallacem captiosamque facun-  
propria vi et claritate valituram? Illi qui-

dem sese patronos veritatis profiteri solent: sed quis  
potest eam rem defendere, quam non didicit, aut il-  
lustrare apud alios, quod ipse non novit? Magnum  
videor polliceri: sed cœlesti opus est munere, ut  
nobis facultas ac tempus ad proposita persequenda  
tribuatur. Quod si vita est optanda sapienti, profecto  
nullam aliam ob causam vivere optaverim, quam ut  
aliquid efficiam quod vita dignum sit, et quod utili-  
tatem legentibus, etsi non ad eloquentiam, quia tenuis  
in nobis facundiæ rivus est ad vivendum tamen  
offerat: quod est maxime necessarium. Quo perfecto,  
satis me vixisse arbitrabor, et officium hominis im-  
plesse, si labor meus aliquos homines ab erroribus  
liberatos ad iter cœleste direxerit.

## VARIORUM NOTÆ.

libilis enim vis eloquentiæ. In scriptis 3 rec. et B  
editis, *Incredibilis est enim..* In cæteris est  
it.  
men. Ita ms. Bov. et sic eruditi Francius et  
nus suspicabantur esse legendum. Alii vero  
quia tamen.  
sam. Mss. 3 Colbert. et Brun., *copiosam.*  
ipse. Ita restitui ex veteribus et optimis

mss. Regio-Put., 2 Bonon., Tax. In 1 Regio, 3  
Colb. et Clarom. est *quæ ipse.* Plures rec. manu exa-  
rati et typis vulgati habent *quam.* Relativum deest  
in 2 Colbert. rec. et Vict.

*Ad vivendum.* Bene scilicet.

*Hominēs.* Rectius et elegantius est, si deleatur,  
juxta Heumannum. Hoc verbum, inquit, e margine  
in textum irrepsit.

## ANALYSIS LIBRI DE IRA DEI.



io hujus libri: An Deus vere irascatur?  
opbi nonnulli negarunt, eo quod Deum vel  
m esse tantum naturam, vel nihil omnino  
statuerent. Lactantius contra, Deum vere  
e libro demonstrat his argumentis:  
t ira tribuenda est Deo, et gratia detrahenda;  
mq̄ue detrahendum: aut ira demenda est, et  
ibuenda; aut utrumque tribuendum. Primum  
est, quia nemo de Deo unquam dixit, irasci  
tammodo, et gratia non moveri. Alterum est  
m. Statuit enim Epicurus, nec iram in Deo  
e gratiam, ut qui nihil omnino caret: sed  
eus enim non esset, nisi moveretur: nec di-  
o administratio assignari potest, quam mun-  
natio. Nulla etiam beatitudo est rei immobili-  
um est stoicum, gratiam in Deo esse, iram  
: falsum id quoque. Nam si Deus non iras-  
piis, nec pios diligit. Relinquitur igitur quæ-  
od est verum, nempe iram et gratiam Deo  
am (Cap. 1, 2, 3, 4, 5, 6).

æcumque opinio tollit religionem, vana est  
o quæ Deo sive gratiam, sive iram, sive  
e detrahit, tollit religionem; igitur opinio  
est et falsa.

em probat cap. 7: religionem nempe non  
dissolvi, quia sit propria hominis. Minorem  
t cap. 8. Si enim Deus nihil cuiquam boni  
stultum est eum colere.

fiunt quidam: Prodesse quidem hoc credere,  
itatis, non veritatis gratia, ut conscientiam  
ur, quas leges punire possunt.

ntius negat hoc; et religionem, non utilitatis  
sed veritatis gratia fuisse institutam, asse-  
9, 10, 11.

in rebus humanis sunt bona et mala, ne-  
t ad utramque partem moveri Deum, et ad  
cum justa fieri videt, et ad iram, cum cer-  
tia.

C Verum prius, quod ostenditur cap. 13, 14, 15: igitur et posterius.

Objectio Epicuri: Si est in Deo lætitiæ affectus ad gratiam, et odii ad iram, habebit igitur et timorem, et libidinem, et cupiditatem.

Respon. Non sequitur: quia gratia, et ira, et miseratio habent in Deo materiam, id est, causam, reliqui affectus non habent: quibus vacat Deus, quia vitiorum affectus sunt, alios sicut hos habet, quia sunt virtutis (Cap. 16).

Objectio alia: Deus ideo beatus est, quia semper quietus; igitur nec irascitur, nec gratia commove-  
tur.

Respondet Lactantius, Deum non esse quietum, quia nec dormiat, nec moriatur. Curare igitur eum hominum vitam, et vi consequentis irasci malis, favere bonis. Deinde, sicut crudelitatis est potius, quam pietatis, si quis homo contumelias non vindicet: ita, inquit, non virtutis est in Deo, ad ea, quæ injuste fiunt, non commoveri (Cap. 17).

Objectio: Atqui Deus sine hoc affectu peccata potest corrigere.

Respon. Ipse peccati aspectus indignus est. Nam qui non movetur, omnino aut probat delicta, aut molestiam castigandi fugit, quorum utrumque est vitiosum. Hoc loco reprehendit dictum Archite Tarentini, qui cum in agro corrupta esse omnia comperisset, villici sui culpam redarguens, miserum dixit, quem jam verberibus necassem, nisi iratus essem. Nam propter iræ magnitudinem pœnam non donandam, sed differendam fuisse docet (Cap. 18).

IV. Si Deus sanctissimam vivendi legem posuit, voluitque universos innocentes ac beneficos esse, utique non potest non irasci, cum videt legem suam contemni. Verum prius; ergo et posterius.

V. Si est mundi administrator, non utique contemnit id quod est in mundo vel maximum.

VI. Si est pater ac Deus universorum, certe et virtutibus hominum delectatur, et vitiis commove-

tur; ergo et justos diligit, et impios odit (*Cap. 19*). A

VII. Si potest ignoscere, potest et irasci: sed potest ignoscere, quia est legis suæ ipse disceptator et iudex; potest igitur et irasci (*Cap. 20*).

Objiciebant: Cur ergo qui peccant, sæpe felices sunt, et qui pie vivunt, sæpe miseri?

Resp. Quia fugitivi et abdicati libere vivunt, strictius autem et fragalibus, qui sub disciplina patris sunt. Deinde quia virtus per mala probatur, vitia per voluptatem. Præterea non est perpetua felicitas malorum.

Instantia: Si irascitur Deus, statim debuit vindicare.

Respon. Si id faceret, nemo superesset, nec ex peccatoribus aliqui converterentur (*Cap. 20*).

Objectio: Deus hominem irasci vetat in ira, igitur nec ipse irascitur.

Resp. Lex refrœnat iram hominis injustam in totum prohibet irasci, quia is affectus ne datus est: sed prohibet in ira permanere. Deus præcepit irasci; itaque et ipse irascitur (*21*).

VIII. Prophetæ universi divino Spiritu rehil aliud, quam de gratia Dei erga justos, et ejus adversus impios loquuntur.

IX. Sibyllæ et ipsæ iram Deo attribuunt, item Milesius (*Cap. 22, 23*).

Conclusio sequitur parænetica, qua hortatorios, ut Deum ament, quod pater, eum deprecantur, quod Dominus sit. SCULTEUS.

## LIBER

### DE IRA DEI, AD DONATUM.



#### CAPUT PRIMUM.

##### *De sapientia divina et humana.*

Animadverti sæpe, Donate, plurimos id existimare (quod etiam nonnulli philosophorum putaverunt), non irasci Deum; quoniam vel benefica sit tantummodo natura divina, nec cuiquam nocere, præstantissimæ atque optimæ congruat potestati; vel certe nil curet omnino, ut neque ex beneficentia ejus quidquam boni perveniat ad nos, neque ex maleficientia quidquam mali. Quorum error, quia maximus est, et ad evertendum vitæ humanæ statum spectat, coarguendus est a nobis, ne et ipse fallaris, impulsus

B auctoritate hominum, qui se putant esse sapientes. Nec tamen nos tam arrogantes sumus, ut in nos pensam nostro ingenio veritatem gloriemur: sed veritatem Dei sequimur, qui scire solus potest, et celare secreta. Cujus doctrinæ philosophi existimaverunt, naturam rerum conjecturando deprehendi. Quod nequaquam fieri potest, quod hominis, tenebroso corporis domicilio circumspici longe a veri perspectione summota est; et hoc ab humanitate divinitas, quod humanitatis ratio, divinitatis scientia.

Unde nobis aliquo lumine opus est ad depellendas C tenebras, quibus offusa est hominis cogitatio.

#### VARIORUM NOTÆ.

*Liber de ira Dei, ad Donatum.* Ita ferunt plerique mss. et editi. In ms Bonon. antiquiore est *L. Cælii Firmiani Lactantii incipit de Ira Dei liber VIII.* In Regio-Puteano, *Cælii Firmiani institutionum Divinarum de Vita beata explicat septimus liber, incipit de Ira Divina liber VIII.* Legitur quoque *de Ira Divina*, in 1, Oxoniensi. In 16 mss. deest *ad Donatum*. Extat de hoc libro honorificum B. Hieronymi testimonium ad cap. iv Epist. ad Ephesios, his verbis: *Firmianus noster librum de Ira Dei docto pariter et eloquenti sermone conscripsit, quem qui legerit, puto ei ad iræ intellectum satis abundeque sufficere, etc.* Eundem librum appellat *pulcherrimum* in libro de Scriptor. Ecclesiast. in Firmiano. Cavendum tamen a themate illius, quod est *de Ira Dei*; nam toto libro docet, iræ affectum et alios quosdam vere et proprie in Deo reperiri, et præsertim cap. 15, 16 et 17 quod etiam assertuit lib. II Div. Institut. cap. 18. Quem locum adi. ISÆUS.

*Animadverti sæpe, Donate.* Imitatio est Ciceronis, qui Paradoxa sua sic inchoat: *Animadverti sæpe, Brute.—Donate.* Hunc nonnulli fuisse censent Donatum confessorem, cui Lactantius suum *de Mortibus Persecutorum* dicavit librum. Alii volunt fuisse Donatum hæresiarcham Donatistarum, alteri vero Ælium Donatum Grammaticum S. Hieronymi præceptorem: quod cum divinari magis, quam certo sciri possit, penes lectorem remitto examen et iudicium.

*Plurimos id existimare.* Ita veteres 2 edit. Rom. et Betul. cum omnibus mss. præter 2 Bonon. et Tax. in quibus est *æstimare*. Cæteri edit. *id* tanquam inu-

tile abjecerunt.

*Coarguendus est a nobis.* Abest præpositio 4 Bonon. antiq.

*Ne et ipse fallaris.* Additum et ex omnibus et vet. ed. Rom. an. 1470.

*Nec tamen nos tam arrogantes sumus. Tam* 21 mss. et 5 vet. editis.

*Tenebroso corporis domicilio circumseptæ.* cum hoc est, qui alibi τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς alibi ὄχημα nominat, alibi φυλακὴν: Cicero nunc receptaculum. De quo in Divinis Institut. dicta sunt. Pauli philosophia magnificentiam dignitate corporis humani sentit. Sic Corinthiis I Cor. cap. 5, v. 6: *Nescitis, quia templum Dei et Spiritus Dei habitat in vobis.* Rursus, *Nesciam corpora vestra membra sunt Christi,* v. 15.

*Longe a veri perspectione.* Ita plures edd. et fere mss. cum Thomasio. Et recte. In 5 mss. edit. Rom. 1470, *a veri perfectione*, male; in *a Dei perspectione*, vitiöse; non enim ibi de cognitione sermonem instituere vult Lactantius ostendere Deum esse auctorem cognitionis. GALLÆUS.— De hac sententia vide lib. II cap. 9.

*Humanitate.* Humanitas hic non notat illam, quam proprie homo alteri homini præ naturam humanam, ipsam hominem. Minutius in Octavio: *Timorem omnem, quo humanitas penitus sustulerunt!*